

Turba. XXI XXX

maximis et labore: ut mihi aduehat piper ficus et amigdala. Relinquit ei
uis uxorē et pueros: et armatus pcedit ad hostes cū periculo vite: ut ego
in pace uiuam sub lineis et laneis. Et cur hec oia? Plane ut officiū lau
dis expleā deuote cui additus sum. Cur putas q̄ ab his oibz oneribz:
laboribz: periculis liberi sum? Labores p̄loz possiderūt: ut discat iu
stificationes eius. hec causa est. Uide nūc qd̄ dicem⁹ dño deo: putasne
inultū sinet: q̄ hoc officiū tā lucrosū nobis: et q̄ nos in tantā ponit li
bertatē et quietē: tā negligenter et infideliter facimus: officiū facilimū et
iocundissimū? Profecto inultū nō sinet. Qui scandalizat unū ex pusil
lis: expedit ut appendat mola asinaria rē. Et quid illis erit q̄ nō unū: s̄
torā ecclesiā scandalizant? Improperat dñs iudeis: qz labijs eū nō alic
corde honorabant. quid fiet his qui neqz corde neqz labijs honorant?
Proculdubio hoc fiet: q̄ qui eū h̄c negligūt laudare: neqz alibi in celo
eu laudabūt: sed cū lupis infernalibz r̄llulabūt in eternū blasphemātes
Queris circa tertium: Et quid igit faciemus? quō laudabimus? Dat
Bernar. modū laudandī deū: catenā p̄stans aureā cū circulis siue anu
lis: quā dimitto ad presens. Fac hoc qd̄ D̄ see vltio scribit. Reddem⁹
vitulos labioz nostrorū. Vitulos optimos sacrificabāt veteres dño: et
tu vitulū labioz qui est oratio deo offer: bonū et p̄fectū: medullatū: car
nosum: pingue et om̄iquaqz p̄fectū. Habeat medullā: ossa: carnes: pin
guedinē: cutē et pilos. Audi q̄ dico. Habeat vitulus oratiōis p̄mo me
dullā intentionis pie. Sit intētio tua q̄ orare velis ut veniā et gratiā et
gloriā et cetera bona sua data largiat tibi aut alijs p̄ quibz oras: fm̄ q̄
ipse nouerit expedire. Neqz hoc semp̄ oportet ut fiat distincte: sufficit q̄
in genere et vniuersaliter intendis p̄ orationes bona data dei: non cogi
tando singulariter de veniā aut aliq̄ alioz. Deinde sc̄do habeat ossa for
titudinis: subruūt oratio inuisis cogitationū: tedio prolixitatis: dilati
one boni: ira et impatientia auaritatis et cordis leuitate. Cōtra hec sis
fortis: ne decidat oratio tua sicut pellitū sibi relictū suspensum. Ter
tio habeat carnes: hoc est intellectū et cogitationem significatoz verbis
oratiōis. Quarto habeat pinguedinē h̄az carniū: q̄ est deuotio. Quin
to pellē: pellis huius vituli est ipse cōtextus et series verboz orationis
quibz alia que dicra sunt cōtinent: et tanqz a pelle exteriori operiuntur.
Sexto pili in isto vitulo sunt strepitus vocalis exterior. Hunc vitulū
sic integrū: sic p̄fectū offer dño deo tuo: ut ex sententiā dicere possis:
Holocausta medullata offeram tibi. Ne nobis miseris: qui miserum
sacrificiū offerimus: sine medulla: carne: osse et pinguedine. vix cutem:
et ne quidē integram: sed ruptā et laceratā offerimus verboz. et neqz pi
los offerimus vocalis strepitus: sed dormitamus rē. Dic ex Guilbel
mo Parisiē. in diuina r̄betorica. Rogemus dñm

Feria tertia post Oculi. v. Martij.

Stultoz infinitus est numerus. Ec̄s. i. Euangelium.